



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

6 Defensoris officium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

## 16 CAPVT

à Monachis Deo promissa sunt,  
valeant adimpleri ; omnimoda  
enim est illius habitus, & istius  
officij diuersitas : Illuc quies, ora-  
rio, labor manuum ; & hic cau-  
sarum cognitio, conuentiones, a-  
etius, publica litigia, & quæcun-  
que Ecclesiastica Instituta, vel  
supplicantium necessitas poscit ;  
faciat autem Deus, ut tales sint  
hi, qui vel à Nobis in isto habi-  
tu nutriuntur, vel in Monaste-  
rijs crescunt, ut prouecta ætate,  
& vita probata, non ad litigio-  
rum Officia, sed ad Sacerdotium  
valeant promoueri . Quo \* rescri-  
ptio quasi penicillo delineatur,  
**Officium Defensoris versari in**  
**Controuersijs Iudicialibus, quod**  
**proprium Aduocati munus exi-**  
6 **tit;**

stit; Atque ita Defensoris no-  
men ibidem intelligunt glos.  
*V. Defensor. Turrecrem. num. 2.*  
& Bellamer. in §. *Gelasius*, vers.  
verius tamen est, quod etiam ob-  
seruarunt Onuphrius Panuinus  
d. *V. Primicerius Defensorum*,  
vers. quod autem. & Gretzerus  
dict. cap. 5. n. 3. vers. quorum of-  
ficium.

Cæterum in eandem sen-  
tentiam vrget Decretum Vrba-  
ni Secundi in can. *Saluator* 8.  
post medium vers. *Defensoris no-*  
*mine* 1. *quæst.* 3. qui expresse  
ait, *Defensoris nomine Aduo-*  
*catum intelligi*, scilicet eum  
qui præest causis tractandis se-  
cundum glos. ibi *V. Aduocatum*,  
quæ per illum text: ita quoque

B in-

## 18 CAPVT

intelligit Verbum Defensorès in  
can. in singulis 2. V. Defensores  
dist. 77. Vbi pariter Archidia-  
con. propè fin. vers. adde hic,  
et Turrecrem. n. 2.

Per quæ iura idem in termi-  
nis nostris concludit Onuphrius  
Panuinus loquens de septem  
Defensoribus Regionarijs insti-  
tutis à D. Gregorio sub præcita-  
to V. Primicerius Defensorum.  
ibi . Hos Aduocatos, siue Aduo-  
catores dictos puto . Subdens , \*  
7 corum Primum nuncupari Pri-  
micerium Defensorum magnæ  
existimationis in Ecclesia Ro-  
mana , cum quo transit Gret-  
zerus dicto nu. 3. sub vers. De-  
fensoris nomine .

Idque etiam confirmatur ex  
Ca-